



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs, tum pro Pœnitentibus**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1657**

Ipse Confessarius à Pœnitente ante confessionem consultus, §. 4

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41773**

Super potest pœnitentem pœ-  
tam licentiam velle sua peccata  
à Sigilli favore repellere, immo  
nolle est præsumendus: quia ne-  
mo detrimentum suum velle pu-  
tandus est.

## §. IV.

*Ipsè Confessarius à pœnitenti  
ante Confessionem  
consultus.*

5 **I**am verò, ex occasione di-  
ctorum illa emergit diffi-  
cultas. An si pœnitens, sive pœ-  
nitens, sive multò ante confes-  
sionem aliqua de suis peccatis  
communicet Confessori, ut ra-  
tionem v. gr. addiscat mox exhi-  
bendæ confessionis; an, inquam,  
ea sub Sigillo sint contegenda.  
Videntur contegenda non esse  
quia pœnitens jam consultò et  
tra confessionem, perinde ac  
cum amico laico ageret, loquatur.



tur Adde hanc notionem, quæ sic Confessori affertur, non procedere ex confessione peracta, quo pacto probabile est ut modò dixi, secum ferre onus Sigilli, sub quo peracta est, sed ex facienda? quæ quia fortasse non fiet non potest communicare onus Sigilli, quod portet. Ita opinantur aliqui &

6 Verum alij et tum confessorum, tum laicum, cui ea communicatio fiat, Sigilli reos constituunt: si quidem ad dandam talem notitiam pœnitens movetur à vi confessionis, idque nocet is, qui eam accipit, ex quo infert Medina s̄ hunc sive confessorum, sive laicum, cui ad finem confessionis peragendæ communicatum est peccatum enorme, alias Prælato denuntiandum sub pœna excommunicationis; nec debere, nec posse denuntiare; quia contra Sigillum, quod fortius urget, peccaret.

d Suar  
disp. 33.  
Sec 4 n. 6.  
Henr. lib  
6. ca, 21 n  
4 e Hag.  
præc Eccl.  
2. lib 6 ca.  
6. n. 23.  
Medin.  
allat à Di  
ana par.  
5 tr. 11.  
res 44.  
s̄ Medin.  
ibid.



7 Vtraque opinio est probabilis. Ego hanc posteriorem sequor libentius: tum quia magis Sacramento faver, tum quia nollē obligare prædictos ad denuntiandum: quo scilicet tutior aditus miseris pateat ad petendum consilium: id quod magis est bonum, quam quodcunque aliud: quod hac in re effugi animo secus valeat.

## §. V.

*Laicus Confessionem forte excipiens.*

8 **D** Vbitatur secundo de eo qui consulto confiteatur Laico quem per errorem forte putet posse urgente necessitate, sacramentaliter absolvere nam si id fiat devotionis vel humilitatis gratia; Sigilli obligationem nequaquam parere, palam est.